Hryniewicze **Exemptio**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan[eali]bus Branscensibus personalr[ite]r comparens Nobilis Sawka olim Joldim Hryniewiczki sanus mente et corpore exi[ste]ns palam publice ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Seuerinus olim Jerko Hryniewiczki ex obligatione bonorum in haereditate Hryniewicze sit[orum] per ol[im] parentem eius sibi recognoscenti inscripsit octo florenos polon[icales] persoluit ideo ipsum quietat Inscriptionem cum toto effectu cassat et de bonis ex nunc condescendit.

Hryniewiczki **Donatio**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparentes Nobiles Sawka olim Joldim Hryniewiczki et Iulina filia olim Procopij Hryniewiczki consors ips[ius] praesentium maritata cum eiusdem mariti sui assa et authoritate sani mentibus et corporibus existentes palam publice ac libere recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recognouit. Quia Nobilibus Paulo filio Chwiedor Hryniewiczki et Marinae Sotoczkowna consorti Nob[ilis] Laurentij Hryniewiczki et ipsorum legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Hryniewicze sit[orum] aream nouem sulcorum a via Arewcinska ad viam Terechowicz protenden[tem] inter metas eiusdem Pauli et ips[ius] Marinae mariti iacen[tem] cum horto arboribus et omnibus vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinen[tiis] et pertinen[tiis] nullis exceptis perpetue ac in aeuum dederunt donauerunt et irreuocabiliter resignauerunt. Quibus iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et nobiles duos officiose acceptandam dant et admittunt Paceque tuitionem et Euictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quorumuis personarum propinquarum et remotarum per et vltra omnes praescriptiones Iures cauent sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria missione ac satisfactione omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores vti abscribendo et abrenunciando salua Rumatione et deportatione aedificiorum et Euectione fimorum ac bonorum suorum mobilium ac commansione ad festum Sanctae Trinitatis in anno proxime futurum sibi recognoscenti praecustodita.